michali, pecorum, pecudum, equorum, equirae, ac totius supellecti-
lis domesticae, nunc habitae et in post habendae dedit, dotavit, dota-
litiavit, inscripsit et Reformavit, prout dat, dotat, dotalitat, in-
scribit et reformat praesentis. Per ipsam Nobilem Standrowska suam
cognoscenti Consortem Legitimam, et ipsius Posteris eandem me-
dietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis eius
Utilitatibus et usufructibus, Competentiisq et praerogativa quavis
tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice usufru-
endi, ac ad usus suos et suorum Successorum quosvis beneplaci-
tos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum
Reformationum hactenus et deinceps in Regno Poloniae observari solitarum.

Derewecki Rogozinskie Quiet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capi-
tan Przemisliensis Gnosus Mathias Derewecki Commilito Cohortis Le-
vioris armaturae Gnosi Constantini Creczel Rothmagistri Reipubli-
cae sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus Iu-
ribus, Iurisdictionibusq suisquibusvis propriis et competen
recedendo praesentique Castren Capitan Przemisliensis Iurisdictioni
quoad actum hunc attinet, seium successoribus, ac bonis su-
is generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq
subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recogno-
vit. Quod ipse de manibus Gnosi Stephani Rogozinski Vicege-
rentis et Exactoris Contributionis Ochiplicis Agrariae Terrae praesentis
Przemisliensis summam Mille Octingentorum Sexaginta florenorum Polon
iuxta Assignationem Magnifici Petri Orga Succamerarij Terrae
Leopoliensis in Vim Stipendiorum Militarium Cohorti eidem Gnosi
Creczel a Thesauro Regni debitam idq pro quarta a mense Augu-
sto in Anno Millesimo sexcentesimo sexagesimo Octavo proxi-
me transacto incipienti, tulit, et realiter percepit, de qua summa
Mille Octingentorum sexaginta florenorum polonicalium per eun-
dem Gnosum Exactorem sibi et Cohorti praefatae realiter persolu-
tas

ta eundem Dnorum Rogozinski Exactorem suo et nomine Praefatorum Commilitonum suorum Quietat emittit, dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Brosniowska seu Lininska Jaworskiemu Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus Nobilis Anastasia Brosniowska olim Nobilis Wasil Brosniowski Filia Nobilis vero Joannis Lininski Consors legitima sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Praesentique Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui ... Tutoris Coniugalis, atque Nobilis Pauli Brosniowski fratris sui ... corroborentis germani personali assistentia et idoneo ad infrascriptum recognoscendum Consensu de omni et integro Iure suo infrascripto videlicet de summa Centum florenorum polonicalium ex summa Originali Ducentorum florenorum polonicalium sibi Recognoscentium per olim Nobilem Iacobum Jaworski Gerwalowski priorem Maritum suum rationabilem ratione Dotis et expeditionis, numeralia simili summa ratione Dotis et expeditionis, ... in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum modo Reformatorio coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Praemisliensi ... assecurata se se denuante, necnon de bonis ipsis summas eidem Centum florenorum Polon. correspondentium tenet medietate Inscriptionis praefatae Reformatoriae Castrensis Praemisliensis cum pari tacoonis ... bonorum Intromissione, ... evictione, pacifica per se Recognoscente continuata possessione, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa quauis omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae Reformatoriae Iuris praesentibus ...

Conditionibus

Reuerso